

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

T ante I

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

mirum ad vocis proprietatem, quæ apud Græcos repentiam & sonoram significat procellam.

Thyestes, *Thyestes*, Fuit filius Pelopis ex Hippodamia, & Atrei fratris, ac Tantali nepos, qui quæ fratris, cui pessime cupiebat, aliter nocere non posset, uxorem ejus per adulterium polluit. Atreus verò ei filium epulandum apposuit. Ob quæ flagitia Sol, ne pollueretur, retrò fugisse fertur. Thyestis fabula sic scribitur à Servio: Atreum & Thyestem germanos, quæ dissensione sibi nocere nõ possent, in simulatam gratiam semini rediisse: qua occasione Thyestes cû fratris uxore concubuit: Atreus verò ei filium epulandum apposuit: quæ Sol abominatus, ne pollueretur, autugit. Sed veritas hæc est: Atreum apud Mycenæ primùm Solis eclipsim invenisse: cui incidens frater, ex urbe discessit eo tẽpore, quo ejus probata sunt dicta. Hactenus Servius, narrans illud Virgilii lib. Aen. 1. Nec tam aversus equos Tyria Sol jungit ab Urbe. Et rursus in illud 11. Aen. Autides Protei Menelaus adusq; columnas Exulat, &c.

Thyestis, *Thyestes*, a. um, *Thyestes*, Ovid. lib. 15. Metam. Nève Thyestes scumulemus viscera mentis.

Thyia, *Thyia*, Nomen filiz Cephisi, quæ prima Liberi patris initiata fuit Oregia, à qua Thyiades, & Tyie, Herod. lib. 7. Ab hac urbs ejusdem nominis in qua colitur.

Thyiaides, *Thyiaides*, pen. cor. *Thyiaides*, Bacchi sacrificulæ, quæ & Bacchæ & Mænaides, & Bassarides dicuntur. Ratione aut hujus nominis quidã referant ad Thyiam quandã Cephisi filiam, quæ prima omnium Dionysio initiata, Oregia ejus celebravit, Bacchicòq; furore correptus nomen reliquit, ut ab ea Thyiades diceretur. Alii hanc nõ Cephisi, sed Castali cujusdam indigenæ filiam fuisse volunt. Vide Cælium Rhodiginum, lib. 16. cap. 19.

Thymatax, *Thymatax*, Vicus in Hippothoontide tribu, Stephan.

Thymbæ, *Thymbæ*, Latini cujusdam nomen à Palante occisi, apud Virgil. 10. Aeneid. Nam tibi Tymbre caput Evandrius abstrult ensis.

Thymbra, *Thymbra*, Campus est Troadis, per quem Thymbrius fluvius in Scamandrum influit. Thymbra autem nomen huic campo factu putat Servius à copia thymbrae herbae, quæ Romani *comila* vocant, cujus maximus hoc in campo est proventus. Fuit item Thymbra vetustu iis in locis oppidum, Dardani opus, cujus meminerunt Strab. lib. 13. & Plin. lib. 5. cap. 30. & item delubrum Apollinis, qui à loco cognominatus est Thymbraeus, teste eodem Strabone loco jam citato.

Thymbraeus, *Thymbraeus*, Apollinis cognomẽtum, sive à Thymbra Troadis campo, sive ab ejusdem nominis urbe in qua colebatur, impositum: Virgil. 3. Aeneid. Da propriam Thymbrae domum. Vbi Servius: Thymbraeus Apollio dictus est à loco Troje vicino pleno thymbra, in quo & nemus habuit & templum, in quo à Paride occisus est Achilles. Ergo Thymbraeus, ut Delius: Nam numina à locis frequenter nomen accipiunt. Verum quia Græcè *Thymbra* dicitur, in derivatione, & in dipthongum mutatur: ut, *Actæus*, *Actæus*, *Actæus*, *Actæus*: *Actæus*, *Actæus*. Apollinis Thymbraei templum Strabo ea in parte fuisse tradit, qua Thymbrius fluvius in Scamandrum influit: quo in templo fecerat Achillem à Paride fuisse interemptum. Unde factus est locus fabulæ, ut Achilles Apollinis sacrificiis diceretur esse interfectus.

Thymbraia, *Thymbraia*, Oppidum Asiae, ad Pactolum fluvium teste Xenophonte in Pædia.

Thymbrius, *Thymbrius*, Fluvius est Troadis, per campum, cui nomen est Thymbra, in Scamandrum influens. Auctores Stephanus & Strabo lib. 13.

Thymbria, *Thymbria*, Cariz vicus, juxta antrum Charonium, quo in loco propter pchiferas exhalationes, inferorum fauces esse credebantur. Auctor Strabo lib. 14.

Thymele, nomen mulieres. Vide in APPELL.

Thymetes, *Thymetes*, Priami filius fuit ex Arisbe (ut quidam volant) cujus uxor quum filium peperisset eodem die quo Hecuba Paridẽ, asserentibus hariolis eo die natum esse pueru, cujus causa illum everteretur, iussit Priamus utruoque interfici. Et Paris quidem matris aliu clam traditus est educandus: Thymotis autem puer est interfectus. Cujus injuriæ ultione in multos annos dilata, Thymetes, quum equi lignei dolium feauter, comodum sibi viandictæ tempus oblatum ratur, primus auctor fuit, ut in urbem reciperetur. Hæc serè Servius, enarrans locum illum Virgili: primusque Thymetes Duci intra muros horratu, & arce locari, sive dolo, seu jam Troia sic fata ferebant.

Thyni, *Thyni*, Thraciz populi fuerunt ad Hebrum fluvia, quorum pars in Asiam transgressa, juxta Apolloniã & Salmydesum confedit: quem tractum ab ipsi Thyniacum litus appellat Strab. lib. 12.

Thynias, *Thynias*, Ponti Euxini insula, Bithyniz adjacens, trium millium passu ambitu, alio nomine Apollonia dicta. Auctor Plin. lib. 6. cap. 12.

Thynos, *Thynos*, Ciliciz oppidum, non procul à Pyramo sitio, teste Plin. lib. 5. cap. 27.

Thyoncus, *Thyoncus*, trium syllabarum, *Thyoncus*, Cognomen Bacchi, quod à *Thyon* id est, sacrificio quidam deductum putant, quod illi adhuc inter humanos vicissim sacrificaretur. Quisquam non desunt, qui id cognominis cum à matre sua Semele accepisse velint, quæ alio nomine dicta est Thyone, *Thyon*: Ovid. 4. Metam. Additus his Nyseus indetonsusq; Thyoncus.

Thyrea, *Thyrea*, sive Thyre, per contractionem, *Thyrea*, *Thyrea*, Oppidum est in confinio Lacedæmoniorum, & Argivorum: cujus causa aliquando gravia bella inter illos emerferunt. Hujus incolæ dicuntur Thyreates, *Thyreates* Stephano. Est item Thyrea insula ante Peloponnesum è regione Hermones, non procul à Trezene: cujus meminit Herodot. lib. 3.

Thyricos, *Thyricos*, Populus in Attica regione, ex Acamantici de tribu. Auctor Strabo.

Thyrifageta, *Thyrifageta*, pen. corr. [Germ. *Witter* in *Sythia*, *Witter* *Sarmatia* non habet *Witter* des *jagons* debuisse] Populi sunt Scythiz ultra Sauromatas, ex venatione vicinantes. Met. lib. 1. Thyrfageta, Turcizq; vastas sylvas occupant, alunturq; venando. Hi à Plinio Thyrifageta appellantur: Strabone, Proterzo, & Stephano *Thyrifageta*. Quod sit, ut suspicet apud Melam rituram librationem culpa inreplede.

Thyrifis, *Thyrifis*, Nomen pastoris proprium, apud Virgilium, 7. Eclog.

Thyrifageta, Vide THYRSAGETA.

Thyllus, *Thyllus*, Oppidum est in finibus Macedoniz, ad radicem montis Athoi: cujus meminit Plinius libro 4. capite 10. & Herod. lib. 7.

Tiare, *Tiare*, *Tiare*, Oppidum Teuthraniz, quæ est regio Asiae supra Aeolidem, & partem Troadis. Auctor Plinius libro quarto, capite 30.

Tixira, Vide THYATIRA.

Tibareni, *Tibareni*, Populi Chalybibus contigui, teste Pomponio lib. 1. in usu & usu sumnum constituentes bonum tenacissimi interum justitiz, ut qui nisi ante denuntiato die, hostem non adonantur. De his memoriz prodidit Nymphodor, Muliere partu soluta, virum in lectulo decubere, & tanquam partus autorem ab uxore puerpera curari. Quod & ipsum confirmat Valerius Flaccus Argonaut. lib. 5. his verbis: Inde Genetrix templum Iovis, hinc Tibarenum Dant vides post terga lacus, ubi deside mitra, Fœta ligat, paraque virum fovet ipsa soluto. Vide TABARENI.

Tiberias, *Tiberias*, *Tiberias*, Germ. *Ein* *Stam* in *Gallia*, *vein* *Alto* *Herode* *in* *Thuri* *des* *Roseros* *gebouen*.] Vides ludæz, ad lacum Geneva ariditatem, ab Herode condita, & in graviam Tiberii Cæsaris ira appellata. Auctor Stephan.

Tiberius, *Tiberius*, Liviz Augusti filius, & privigenus Augusti, ejusdemque in imperio successior, omni gravitate, libidine, & crudelitatis genere contaminatissimus. Vitam ejus vide apud Suetonium, eadem proferus libertate descriptam, qua ille vixit. Fuit & Sophista ejusdem nominis, cujus scripta enumerantur à Suida.

Tiberis, *Tiberis*, qui & Thybris, [*Thybris* Dionysio, *Thybris* & *Thybris* Steph. Vulgo *Thybris*, Germ. *Ein* *beringer* *flus* in *Italia* *so* *durch* *Rom* *laufft*.] Celeberrimus Italiae fluvius è media serè longitudine Apennini, Aretinorũ finibus defluens, qui multis deinde luminibus auctus, ab Hetruria Latium, Iaxicalliq; ipsum ab urbe Roma ditimit, tandemque decimo quinto ab Urbe lapide duobus ostiis, modico intervallo ditempis, in mare evolvitur, ea in parte, qua Ancus Martius Ostiam extruxit. De ratione nominis diversi diversa prodiderunt, aded ut non facile fuerit certu aliquid constituere. Livius à Tiberio Albanorum rege dictum existimat, in egressu ejus submersio, quum antea Albula diceretur. In qua sententia Ovidius quosque fuisse videtur, sic scribens libro 2. Pastor Albula quem Tiberim mersus Tiberinus in undis: Reddi die, hybernis fontẽ remebat aquis. Servius Tiberis nomen ipsa etiam Alba verusius esse contendit: ideoque nominis ejus originem ad Thybrin potius Hetruscorum regem referendum existimat, qui Latium crebris latrocinis infestans, tandem circa hunc fluvium est occisus. Cui sententia Virgilius quoque non obsecrè subscribit: apud quem sic loquitur Evander lib. 8. Amel. Tum reges, asperque immani corpore Thybris, A quo post Itali fluvium cognomine Thybrim Diximus. Alii non tam à regis hujus nomine, quam ab injuria, & contumelia, quibus in obvium quenque circa hunc fluvium grassabantur appellationem hanc tractam existimant: unde Thybrim scribendum contendunt, quasi *Thybris*, ut dictionem constam intelligamus ex articulo foeminino, & nomine *Thybris*, quam scriptura etiam apud Dionysium Asiũ observavimus. Nos Thybridis nomen antiquius esse putamus, Tiberis recentior, litteris aliquot (ut solet) temporis lapsu immutatis. Quod sit in illi.

Iud Poëris, hoc Oratotibus sit ustratus. Stephanus quoq; in urbium Onomastico utrumq; nomē agnoscat, nisi quod apud illum huiusmodi legatur, in littera communi Græcorum consuetudine adjecta: huiusmodi inuenitur in huiusmodi. Hicce rationibus in eam potissimum sententiam adducor, ut Thybris dissyllabum, th aspirato, & y Græco scribendum potem: dissyllabum autem Tiberis e, tenuis, & i nostro. Quam scripturæ rationem etiam à Græcis uidentur obseruari, apud quos huiusmodi, huiusmodi, huiusmodi, & cetera omnia hinc derivata per jota scribi uidentur.

Tiberius, a, um, pen. prod. possessivum est. huiusmodi. Stephanus: Ostia Tiberina apud Virg. i. Aeneid. Tiberina lumina apud eundem lib. 12.

Tiberinus, ini, pen. prod. huiusmodi. Capeti filius & Albanorum rex, qui in vicino flumine submersus, effecit ut pro Albulæ Tiberis diceretur. Liv. lib. 1. ab Veber. Lanno Alba Atys, Atys Capys, Cappy Caperus, Capeto Tiberinus, qui in trajectu Albulæ submersus, celebrè ad posterum nomen flumini dedit. Tiberinus item à superstitiosa antiquitate creditus est Deus esse, Tiberis fluvii præfex, cuius monitu Aeneas Evandri sibi auxilia petiit, de quo sic scribit Virg. lib. 1. Aeneid. Huic Deus ipse loci fluvio Tiberinus amono, Populeas inter scarios se atollere frondes Vitæ, eum tenuis glaucos velabat amictu Carbasus, & crines umbrosa tegebat arundo. Quin & fluvius ipse in sacris dictus est Tiberinus, teste Servio, quem admodum in huiusmodi Tiberis, & in Poësi Thybris.

Tibellus, huiusmodi. Fluvius est ex Hæmo monte nascens, & Septemtrionem versus in Istrum influens. Autor Herod. lib. 4.

Tibiscus, huiusmodi. Vulgò Tissa. Ger. Der flus Tissa in Bogenen laufft in die Donau. Fluvius Daciae, in Carpatho monte nascens, & Dacos ab Isargibus Metanistis dimens, tandemq; iuxta Tibiscum urbem in Danubium influens. Autor Ptolem. lib. 3. cap. 4.

Tibullus, Prænomine Albius, Poëta Elegiographus fuit, Romanus natus Hircio & Panfa Coss. qui annus etiam Ovidii Poëtae natalibus fuit insignis. Ex amicis Messalam Corvinum maxime coluit, quem dum in Asiam proficiscentem sequitur, in gravissimum incidit morbum: adeo ut de vita desperans, hoc ubi scripsit Epitaphium: Hic jacet immitti consumptus morte Tibullus, Messalam terra dum sequiturq; mari. Ex Poësis familiares habuit Horatium, qui eum iudicem suorum appellat scriptorum: & Ovidium, qui mortem eius elegantissima deservit Elegia in amoribus & nimis & inconsans fuisse videtur, ut qui præter Marathum, & Censuram pueros, Deliam quoque amantem Selpitiam, & Neram: omnium autem maxime Nemesium: cuius formam, & venustatem bona operis sui parte posteritati commendavit. Obiit Romæ vixenti adhuc ætate, non sine gravi eruditorum omnium morte.

Tibur, pen. genit. corr. huiusmodi. Stephano, Civitas in Sabina, decimo sexto ab Urbe lapide, crebris fontibus irrigua, & singulari ætatis tempe commendata. Ovid. 4. Fa. stor. Et jam Telegoni, jam moenia Tiburis udi Stabant. Mart. lib. 6. quum mors Venet, in medio Tibure Sardinia est. Est autem hoc oppidum origine Græcum à Tiburto, Catyllo, & Corace, Amphiarai liberis, post prodigiosum patris ad Thebas interitum communiter conditum, & à Tiburri nomine, qui extructus natu maximus erat, Tibur appellatum. Autores Cato in Orig. Solinus, & Sextus scriptor Græcus.

Tiburtus, utis, huiusmodi. Gentile. Virgil. 1. Aen. Haud aliter Tarcho Tiburum ex agmine prædam Porra ovans. Cicero pro Cornel. Balbo. L. Cossinius Tiburs, pater huius equitis Romani.

Tiburtinus, a, um, huiusmodi. Quod ex Tibure est: ut, Sibylla Tiburtina.

Tichiois, huiusmodi, castellum prope Trachinam. Gentile Tichicus, Stephan.

Tichos, huiusmodi, castellum Achaicæ incolæ Tichires, Steph.

Ticinum, pen. prod. huiusmodi. Ptolemæorum. Stephano, Vulgò Pavia. Ger. Paven in Italia. Insularis civitas, quam hodie Papiam vocant, à Ticino fluvio prætelabente nomen habens.

Ticinus, pen. prod. huiusmodi. Ital. Tosin. Ger. Ein Wasser in Itatta fließt zur Paven dm. Fluvius est Insularis in Eridanum fluens, à quo vicinum oppidum Ticinum est appellatum. Silius lib. 9. Dū Romam rux Ticine cadavera ripæ Nō capiunt.

Tifernum, huiusmodi. Vulgò Cuiusmodi. Umbriae oppidum est, teste Ptolem. li. 3. cap. 1. à quo Tifernates, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14.

Tifernus, huiusmodi. Fluvius est in secunda Italia regione, Apulos dividens à Frentanis. Autor Plin. lib. 3. cap. 11. Vulgò Pertera in Puglia Triana.

Tigellinus Ophonius, Vir fuit Romanus vitæ corruptissimæ, qui Neroni intimarum libidinum consciens, quum esset familiaris, plurimis summis vitis per calumniam exiit machinatus est. Postea rerum patio Othone, ad aquas Suedanas su-

prema necessitatis nuntio accepto, inter concubinarum oscula saucis sibi præcidit, teste Tacito lib. 17. Meminit huius & Iuvenal. Sat. 1. Pone Tigellinum, tedi lucebis in illa, Qua stantes ardent, qui fixo guttate sumant.

Tigranè, huiusmodi, Verbs medix mediterranea, teste Ptolem. lib. 6. cap. 2.

Tigranes, nis, pen. prod. huiusmodi, Proprium nomē Regis majoris Armeniæ, qui auxilium ferens Mithridati regi, victus est primò à Lucullo deinde à Pompejo Magno, cuius sæpè mentionem facit Cicin Orat. pro lege Man. Lucan. li. 2. Tigranèq; mecum, ne Pharnacis arma relinquant.

Tigranocerta, huiusmodi, Vulgò Salhana, Oppidum in montanis majoris Armeniæ, teste Plin. lib. 6. cap. 11. à Tigranè conditum, unde & nomē accepit, quasi Tigranis civitas. Nam Cetera Parthorum lingua urbem sonat. Vide Stephanum in urbium Onomastico.

Tigris, huiusmodi, Ger. Ein grosser flus in Khat entpringt in Armenia, fließt durch Asser in die Persis, überstößt 3. Insignis Asiae fluvius, Mesopotamiam ab Ortu aliuens, quem Sacra Inter ex Paradiso nasci confirmant. Solinus in Armeniæ caput atollere dicit, in loco edito, ex lucido, conspicuoq; fonte, nec ab exordio statim totum esse, sed primò pigre fluere, non cum suo nomine. At quum in fines Mediorum invecus sit, Tigrim statim vocari. Arethusam lacum influere, gravia pondosa sustinentem, cuius pisces nunquam se alveo Tigridis immisceant, sicut nec amnici stagni attingant Arethusæ. Mor Arabas præterfluens, Mesopotamiam amplectitur, & Hydaspem accipiens, Euphratemq; defertur in unum Persicum. A Tigri fluvio dicti sunt Transigritani, qui trans Tigrim habitant, sicut Transpadani, qui trans Padum.

Tigullii, huiusmodi, Liguria populi, quorum urbes Tigullia, & Segesta commemorantur à Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò Segesta.

Tigurini, huiusmodi, Ger. Die Zuriherger. Populi inter Helvetos Limagi fluminis accolæ: quorum meminerunt Cæsar libro 1. de Bell. Gall. Strab. lib. 7. Florus libro 3. cap. 1. Paulus Orofilius lib. 3. cap. 16. & Plutarchus in Vit. C. Mari. Eorum metropolis est Tiguri urbs, Vulgò Zurich / situ perquam amœno, inter duos montes, superne lacus incumbit lymphidissimus, longus circiter duodecim milia passuum, supra quem amœnus Alpium prospectus est: ut volupe sit vel in media ætate, nives & quandam quasi hyemem intueri. Is lacus urbe distans, in medio Limagi fluvium, quem recipit, penè apud Glareanos rursus effundit: sternitur pontibus duobus, qui urbem distat à denuò coniungit. Ipse verò Senatus, populusq; Tigurinus, quum olim suam urbem sociam Romani Imperii ab Imperatore delicti, negligiq; cerneret, multis magnisq; de causis cum Lucernatibus & Vranis, & Suicibus & Subsylvanis (quibus tunc quoq; bellum erat cum principibus Austriæ) in perpetuum foedus, societatemq; venger, ea lege, ut Tigurinus pagus inter omnes primum locum obtineret. Quod factum est anno ab orbe redempto, MCCCXI. Hic pagus & tota regio Helvetorum hodie inter Germanos censentur. Pagi Tigurini meminit Cæsar libro 1. bell. Gall. Tigurinus (in quibus pagus est: nam omnis civitas Helvetia in quatuor pagos divisa est.

Tilium, huiusmodi, Verbs litoralis in latere Occidentali Sardinia: autore Ptolem. lib. 3. cap. 3.

Tilos, Vide THVLE.

Tiphossia, huiusmodi, Fons est Bæotia subter Tiphossium montem labens, ubi Tiredæ vatis sepulchrum est: qui quum senex esset, & frigidam fontis huius aquam potasset, subito extinctus est. Autor Strabo lib. 9.

Tiphossius, huiusmodi, Mons est Bæotia, nō procul ab Haliarto, templū habēs Apollinis Tiphossii. Autor Strab. lib. 9.

Tilus, (quod huc pro linus Persici insula male relatum erat) vide TYLVY. Siquidem tam apud Ptolemæum quàm apud Plinium scribitur y Græco.

Timæus, huiusmodi, Nomē proprium Philosophi Locrensis, cui divinum illud opus Plato inscripsit, in quo de rerum creatione disserit, quod Cicero postea Latinum fecit, atque de Universalitate inscripsit: quanquam non desint qui negent Ciceronis esse. Fuit præterea Timæus quidam Siculus arrogantissimus, qui se historiam scripturum jactabat, qua facillè Thucydidem superaret: hoc videlicet commento gloriam & eruditionis opinionem apud imperiā plebeculam captans. De hoc Plutarchus in Nicia.

Timachus mach, pen. corr. huiusmodi, Mæsiæ fluvius, ex Rhodope monte fluens, teste Plin. lib. 4. cap. 26.

Timagenes, pen. corr. huiusmodi, Rhetor fuit Alevadinus, qui à Gabinio, quum in Aegypto res gereret, captus, Romamq; perductus, à Fulvio Sylla filio redemptus est. A quo manus missas, primū in ipsius Pompeii ædibus, eoque mortuo, in palatio ludam aperuit. Postea verò quum ob linguæ libertatem schola excludisset, in rure Tusculano ætatem pretegit. T. 5. aliet

alter Timagenes, historicus, qui maris totius sitū libris quinq; est complexus. Veriusq; autor Suidas.

Timagoras, *ἡμιθέος*, Civis Atheniensis fuit, à suis capitali supplicio affectus, quod Darium, ad quē legatus erat, amore Perlarum per adulationem adorasset. Suidas & Valerius.

Timandra, *ἡμιανδρα*, Filia Ledæ, & Tyndarei, & soror Clytemnestræ, quæ Echemono nupit: ut refert Lycophronis Scholiastes.

Timarchus, *ἡμιάρχος* Suidæ. Ger. *Ein sártesentlicher Mater.* Nomen pictoris celeberrimi, Panthasii æmuli. Inter ejus vero ingenii monumenta, Iphigenia oratorum laudibus celebratur, quam pinxit ad aram stantē, jamq; Dianæ immolandam: & quæ omnes meritos pinxit, omneq; tristitia imaginem consumpsisset, patriæ vultum, quem dignè effingere non potuit velle obduxit. Pinxit & Cyclopem parva in tabula, cujus magnitudinem exprimitere cupiens, pinxit juxta Satyros thyrso pollicem ejus mentes: itaque ex omalibus ejus operibus intelligitur plus quam pingitur. Hæc ferè Plin. libro 35. capite 9.

Timarchides, *ἡμιάρχης*, Eximius marmoris sculptor, apud Plinium lib. 36. cap. 5. Fuit & alter statuarius, qui multa nobilis ex ære opera confecit: cujus meminit idē Plin. lib. 34. cap. 8.

Timarchus, *ἡμιάρχος*, Atheniensis quidam fuit, Demosthenis familiaris, qui quum in adolescentia pudicitiam suam in Piræo prostitisset, eo nomine jam senex ab Aeschine in iudicium vocatus est, & condemnatus. Fuit item Timarchus statuarius nobilis, qui centesima vicecima Olympiade floruit: teste Plin. lib. 34. cap. 8.

Timavus, pen. prod. *ἡμιανδρος*: Vulgo *Drava*, Nomen fluminis juxta Aquilejam, novem nascens capitibus, teste Pomponio, unoq; ostio sese in mare evolvens. Vtg. r. Aen. Regna Liburnorum & fontem superare Timavi.

Timoclea, *ἡμικλέα*, Mulier Thebana fuit, quæ stuprum à Barbaro per vim passā, dissimulato dolore, finxit se illi velle ostendere magnum auri pondus, perductumq; ea spe ad altissimū puteum, qui erat in interiore parte domus, quum pronus puteum inspiceret, præcipitem dejecit, & saxo obruit.

Timocles, *ἡμικλέης*, Duorum Comicoꝝ Atheniensium nomen, quorum fabulas aliquot enumerat Suidas.

Timocreon, *ἡμικρέων*, Poëta Rhodius fuit, veteris Comædiæ scriptor: qui graves cum Simonide Melico, & Themistocle inimicitias exercuit: quos etiam contumelioso poemate est insectatus. Autor Suidas.

Timofaus, *ἡμιφάος*, Rhetor & versificator, à Lanissa Macedonia discipulus Anaximenis Lampfaceni. Scripsit poema de bello Trojano, Homeri singulis versibus singulos addens. Suidas.

Timoleon, *ἡμιλεών*, Corinthius dux inclutus, viribus fortissimus, vitaq; abstinentissimus, qui missus cum paucis timentibus ad liberandas à Dionysii tyrānide Syracusas, quem Dion Syracusanus implorato Corinthiorum auxilio, expellere conabatur, quinquagesimo postquam Syracusas appulisset die, urbe pontus est: deinde arcem obsidens, Dionysium ad deditionem compulit, & cum paucis in exilium Corinthum misit. Arcem verò solo æquavit, & Syracusanis libertatem restituit. Deinde contra Leontinos pergens, eorum tyrannum in bello captū interfecit. In summa æqualis fuit Timotheo, Agesilao, Pelopida, Epaminonda. Hæc ex Plutarcho, qui cum è nostris comparat Paulo Aemilio.

Timolus, Lydia mons, postea Tmolus, *ἡμιόλος*, appellatus, teste Plinio, lib. 5. cap. 29.

Timon, *ἡμιμόν*, Philatus Philosophus, qui apud Chalcedonem philosophiam, & oratoriam exercuit, charus Ptolemæo Philadelpho. Scripsit Tragedias, & Comedias, & Satyras. Dicitur amarulentus, & mordax, siliolum id est, dicacitatum scriptor: de quo Gellius: Timon amarulentus librum maledicentissimum conscripsit, quem Sillos inscripsit. Fuit & alius Timon Atheniensis temporibus Peloponnesiaci belli (ut ex Aristophanis & Platonis poematibus perspicere licet) prorsus inhumanus, ac vitans hominum congressus, præter unius Alcibiadis adolescentis. [Ger. *Ein hâstiger vò teufelhubiger Mensch zu Athen*] Interrogatus quæ cum illo causa esset amicitia: Quod sciam, inquit, illum quandoq; multoſū malorum Atheniensibus causam futurum. Semel in vita in concionem dicitur ascendisse, factiq; novitatem cū dicit admirantibus: Est mihi, inquit, o viri Athenienses, post ades hostulus, in quo ficus coaluit quedam, in qua permulti nostri cives se suspenderit. In eodem nunc ego loco edificare volo. Quamobrem visum est mihi, vos publicè admonere, si quis forte sit, qui se prius velit suspendere, antequam arbor excidatur. His igitur de causa ab Atheniensibus *ἡμιμόν* est appellatus: hoc est, humani generis osor. In sepulcro quod sibi ipse construxerat, incisum erat epitaphium in hanc sententiam: Hic sum post vitam, mi-

feramq; in opemq; sepultus. Nomen non quærat: dii, ledine te malè perdant.

Timomachus, pen. corr. *ἡμιμόχος*. Fuit pictor Byzantius, Cæsaris Dictatoris ætate. Fecit Medgam & Ajacē, quos ipse Cæsar LXXX. talentis emit, & in templo Venere dicitur. Autor Plin. lib. 35. cap. 11.

Timonium, *ἡμιμόνιον*, castellum Paphlagoniæ, Gentile Timonites, Stephan.

Timoniacus, *ἡμιμόνιος*, fuit pictor Bizantius, Cæsaris Dictatoris ætate, qui Ajacem Cæsari pinxit.

Timothæus, pen. corr. *ἡμιμόθεος*. Nomen proprium Cononia Atheniensis filii, qui acceptam à patre gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim disertus, impiger, laboriosus, rei militaris peritus: & (quod super omnia est) & modestus est, fortunatus Imperator habebatur. Huic statua publicitas in foro Athenis polita est, ob victoriam, qua vicis Lacedæmonis, imperium Atheniensium auxit, & muros Athenarum extruxit. Post hujus obitum non fuit quisquam ferè Athenis dignus memoria. Hujus gesta æmuli, in laudem ejus immuneserunt. Fontem adscribebant, circumferentes passim tabulas, in quibus ille pictus erat dormiens, adstante interim fortuna, quæ civitates in recia ejus ageret. Quam rem ille ægrè ferens, sua illa esse dicebat, non fortunæ opera. Ex quo tempore, quasi perosa hominis ingravidinem fortuna, omni prorsus felicitate exidit. Autor Suidas ut docti hominis meminit Cicero, libro 1. Officij. Quod idem fecit (inquit) Timotheus Cononis filius, qui quum belli laude non inferior fuisset quam pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenij gloriam adiecit. Hæc tunc Cicero.

Timotheus item Atheniensis Comicus, mediæ Comædiæ cujus fabulas nonnullas commemorat Athenæus. Timotheus Milesius, Theofandi filius, musicus, qui decimam & undecimam chordam lyre addidit, & antiquam musicam in meliorem modum mutavit. Hunc ferunt duplo majorem ad hunc, quos alius instituisse, mercedem exigere solitum fuisse, quàm si rudes tradentur. Geminatum enim laborem dicebat de docendi prius, mox docendi. Emituit tempore Philippæ Macedonis, cujus filius Alexander modalis ejus excubatur, & ad res bellicas alacrius instruebatur. Deceffit anno ætatis LIII. Scripsit de Musica libros 17. Item encomia, & dithyrambos. Hæc Suidas. Timotheus, sculptor nobilissimus, unus ex illis, qui Mausoleū calaverit: cujus in templo Apollinis Romæ multa fuerunt monumenta: ut scribit Plinius lib. 34. cap. 8.

Timotheus Gazæus, Grammaticus, tempore Anallis principis, in quem etiam Tragediam edidit, & heroico versu de Indiciis, & Arabicis, & Aegyptiis, & Lybiis quadrupedibus, & de avibus peregrinis libros 4. Fuit & Timotheus, Pauli Apostoli discipulus, patria Licaonius, mulieris viduæ filius: postea præsul Ephesus Apostolicis epistolis, & martyrio clarissimus.

Timyra, *ἡμιύρα*, Vrbs juxta Iauriam, & fluvius Indis. Gentile Timyreus, Steph.

Tina item Ptolem. li. 2. cap. 3, fluvius est in tractu orientali Britannis insulæ.

Tinda, *ἡμιτίδα*, Thraciæ urbs, in qua Diomedes equos suos humana carne pascebat. Autor Plin. lib. 4. cap. 11.

Tindium, *ἡμιτίδιον*, Vrbs Libyæ, civis Tindarus, quasi à Tinda vel Tindarus, Steph.

Tingi, *ἡμιτίγγι*, Oppidū est Africæ, non procul ab Ampelasio promontorio, ab Antio (ut ferunt) conditum. Tingi, inquit Pomponius Mela lib. 1, & Plin. li. 5. cap. 1, Mauritania periculis oppidum, ab Antio (ut ferunt) conditum, postea à Claudio Cæsare, quum coloniam faceret, appellatū Tradustajulia. [Ger. *Ein Ort in Mauritania getigen. Vulgo Tingi.*]

Tingitana, *ἡμιτίγγινα*, Extrema Mauritanie pars, à Tingi urbe nomen habens: cujus descriptionē vide apud Plin. lib. 5. cap. 21.

Tion, *ἡμιτίον*, Vrbs maritima Ponti, non procul à Partheni fluminis ostio. Autor Prol. lib. 5. cap. 1.

Tipasa, *ἡμιτίπασα*, Vrbs Mauritanie Cæsaris, apud Plin. li. 5. cap. 2.

Tiphernum, Vide TIFERNVM.

Tiphys, *ἡμιτίφυς*, Argonautarum in Cholchica expeditione gubernator fuit. Virgilius in Bucol. Eclog. 4: Alter enim tum Tiphys, & altera quæ vechat Argo Delectos heros, & Ovidius: Tiphys in Aemonia puppe magister erat. Seneca in Medea: Tiphys in primis domitor profundi.

Tiria, *ἡμιτίρια*, Vrbs Leucosyrotum, Gentile Tiriæus, Steph.

Tiresias, *ἡμιτίρης*, Ger. *Ein Wahrsager von Theben*, Vates Thebanus fuit, Evero patre genitus, qui quum aliquando in Cithærone vidisset duos dracones coeuntes, observata formis ex illis occidit illam: quo facto in feminam & ipse mutatus est. Deinde quum rursus post septem annos eodem pacto & marem draconem interfecisset, in masculinam formam rediit. Contigit igitur aliquando certantibus inter se Iove & Janone, virine an feminæ majorem ex Venere voluptatem caperent, ut ille iudex sit adhibitus, ut qui utrunque fuisset crederet.

Tir. Tiresias autem pro love sententiam tulit, afferens multo plus ex coitu voluptatis percipere feminas. Ob quod à Iunone excæcatus est. Alii verò propterea excæcatum dicunt, quod Palladem nudam in fonte conspexerit. Iupiter autem in solatium visus amissam divinationem illi dedit. Stat libro 10. Theb. sibi callidus ista Tiresia nateq; canat, &c. Huius animam evocat Vlyses apud Homer. lib. 10. Odyss. Multaq; ab ea futura edocetur. Autor est Strabo lib. 9. Tiresiam monuissent fuisse sub Tilphosia monte Borotia; juxta fontem Tilphosiam, ubi profugus diem suum obiit, quum jam senex gelidissimam Tilphosie aquam hausisset: Ibi Thebani cives sepulto divinos honores tribuere. Fuit Tiresia filia fatidica, nomine Manto, quæ ex Tiberino fluvio filium peperit nomine Ocnus, qui in Cisalpina Gallia oppidum cõdidit, & à nomine matris Mantuam appellavit. Iuvenc. Satyr. 13. Tiresiam appellavit posuit pro homine cæco, quum ait: Nec sardum, nec Tiresiam quenquam esse decorum.

Tiridates, rex Armeniæ, qui variis gestis cum Corbulone bellis, tandem ex fodere Romam venit, & diadema regni à Nerone accepit. Vide Tacitum lib. 15.

Tiriscum, Daciae urbs, non procià Danubio, teste Ptol. lib. 3. cap. 1.

Tirizza, urbs Paphlagoniæ. Gentil. Tirezii, & apud Cæsarem Tirizibani. Ab Odrisius (inquit) ad Tirizibanos habitantes in pagis, Stephan.

Tirisa, urbs Mygdoniæ in Macedonia à Thyrsis una ex uxoribus filii Mygdonis. Gentile Tiriseus. Steph.

Tiryas, mase. gen. Tiryas, Agri Argivi fluvius, eisdem nominis urbem præterlabens.

Tiryas, yothos, fœm. gen. Agri Argivi oppidum, Herculis patria, à qua ille dicitur est Tirythius, &c.

Tifias, nias, Stesichorus poeta ante dictus est: sed à chorea id nominis sortitus est.

Tisiphonè, nias, Vna ex furiis, à cædibus plebendis dicta: sine ultio vel pœna: perire, vel cades, aut mors. Horat. in Seren. servilibus utq; iam pœnura modis, Hecaten vocat altera, servam: Altera Tisiphonem.

Tisobis, nias, Fluvius Britannicæ, teste Ptol. lib. 2. cap. 3.

Tisza, nias, Ptol. lib. 3. cap. 4. Siciliae urbs.

Titan, & Titanus, pen. prod. nias, Saturni frater, Coeli & Væstis filius, qui etiam pro Sole ponitur, qui & ipse à Titanibus duxit originem. Tradunt enim Titanas sex fratres fuisse, & quinque sorores, à Titea matre distos, ut autor est Diodorus. Ex quibus unus fuit Iapetus, pater Promethei. Hyperion quoque ex Titanum numero est, qui Solis ac Lunæ, stellarumq; motus observasse, atque demonstrasse primus fertur. Ideo Solis parens, & astrorum fertur. Hinc Sol, Titan; Luna, Titanis; & Diana Titania à poetis dicuntur. Lucan. libro 1. Flamiger an Titan, ut valentes hauriat undas. Ovidius Metamorph. Dumq; ibi perlitur solita Titania lymphæ. Servius sic habet: Ferunt fabulæ Titanas ab irata contra deos Terra, in ejus ultionem creatos. Vade & Titanes dicti sunt à Titea matre, ab ultione: Primumq; contra Saturnum quidam Titanes: deinde Gigantes contra Iovem genuit. Ipse verò Titan cum filiis, quos Titanes à patre appellabant, bellum gessit adversus Saturnum & Opim, quod conventus non stetit: eosq; captos muro includit: qui postea à Iove filio vidis Titanibus liberati sunt, ut supra latius de Saturno dictum est.

Titanius, a, um, nias, adjectiv. ut Titania astra. Virg. 6. Aen. Lucentemq; globum Lunæ Titanisq; astra Spiritus intus alit.

Titanius, a, um, Ovid. 7. Metam. Hinc Titanias ablata draconibus, intrat Palladias arces.

Titanus, ut refert Plin. lib. 5. cap. 30. Fluvius est Aeolidis, & civitas ab eo cognominata.

Titareus, nias, Homero, Fluvius est Thessaliæ, qui in Titato monte, qui Olympo vicinus est, ortum habens, labensq; versus plagam Tempe contingentem, in Peneum influit: ob æquarum tamen crassitudinem illi non admiscetur, sed in modum olei superfuit. Plin. libro 4. capite 8. Euroton vocat. Lucanus Titareum vocat, per quatuor syllabas, libro 6. Solus in alterius nomen quum venerit undæ, Defendit Titareus aquas.

Tithonus, pen. prod. nias, Laomedontis filius, qui ut fabulæ ferunt quum juvenis esset, & decorus, ab Aurora dilectus, & raptus fuit, ex qua Memnonè genuit. Sed tandem post longissimam vitam, audita Memnonis filii morte, in eadem versus dicitur, dicente Horatio: Longa Tithonum minus senectus.

Titiã curia, & Titiensis tribus, dicta est à Tito Tatío Sabimorù duce, à Romulo in partem regni recepto. Festus.

Titiãnus, Titiani filius, Orator Græcus, præceptor Maximini principis. Scripsit libros Provinciarum pulcherrimos. Appellabatur Simia sui temporis, quod omnia propè imitaretur, Capitolinus.

Titiã Livi duo memorantur: Alter tragicodiarum scriptor, Ro-

manorum poetarum antiquissimus, qui ob ingenii felicitatem à Livio Salmatore, cujus liberis erudiebatur, libertate donatus est. Alter Patavinus cum Crispo Salustio de Historiæ principatu certans. Vide supra in dictione LIVIVS.

Titiã, [Ger. Dis præter Apollinis.] Sacerdotes fuerunt Apollinis, à titis avibus, quas in auguriis certis observare solebant: sic appellati, ut ait Varro lib. 4. de Ling. Latin. Lucan. lib. 1. Et doctus volucres augur servare sinistras, Septevirq; epulis festis, Titiq; sodales.

Titoneus, nias, Nomè montis apud Dionys. lib. 1. Gigantiæ: incolæ similiter Titoneus. Steph.

Titornus, nias, Bubulcus fortitudinis monstroscus fuit, quum cum Milone Crotoniata de robore certavit, vicinq; quum pedem tauri una manu: altera verò alterius tauri pedè, ipsis per vim conantibus resillire, traheret. Autor Aelianus.

Titus, nias, Prænomen fuit Romanis familiare inde dictum (ut Festo placet) quod antiqui Titos, & titulos milites appellabant, eò quod patriam tuerentur, ut iam dictum est. Quamquam Corouto etiã placet à membri virilis magnitudine Tit prænomine inductum esse. Hoc prænomine dictus fuit Vespasianus Flavii filius & frater Domitiani, princeps clarissimus, populòq; Romano adeo charus, ut vulgò Orbis amor diceretur, & Deliciae humani generis.

Tityrus, Pastoris nomen apud Virgilium in Bucol. à Theocrito mutuatum.

Tityrus, nias, Filius fuit Iovis ex Elara Orchomeni filia, quam prægnantem Iupiter, timens Iunonis iram, occultavit in terra: ex quo factum est, ut nascens puer, ex terra natus videretur. Hic postea quum ad integram ætatem pervenisset, captus amore Latonæ Apollinis matris, eam de stupro interpellavit. Quam obrem Apollo iratus, sagittis ipsum confodit, & apud inferos religavit, ejusq; jecur vulturibus lancinandum apposuit, hac lege, ut consumptum renascetur illic, & sic nunquam vultures à discedendo cessarent, nec ipse à patièdo. Tantæ magnitudinis pignus fuisse perhibetur, ut jacès novem jugera occupaverit. Ovid. 4. Metam. Viscera præbebat Tityrus lancinanda, novemq; iugibus distractus erat, &c. Vide Servium apud Virg. lib. 6. ad hunc locum: Nènon & Tityon terræ omnipotentis alumnum Cernere erat. Tityus item Sextus, auctore Ciccone in Bruto, orator fuit loquax sanè & satis acutus: sed tamen solutus & mollis in gestu, ut saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Tityus nomen esset.

Tlepolemus, nias, Hercules & Albiolus filius, epè ex Ephira urbe Peloponnesi rapuerat (ut meminit Hom. Iliad 3.) clarus rebus bellicis, corporisq; proceritate insignis. Hæc quum adolevisset, Lycimnium avunculæ suæ Martæ progenitum & patri suo charissimum jam senem interfecit. Propter quod fabricaris navibus partia profugus, collecta juvenum multitudine, Rhodum petiit, & ea insula occupata, Rhodiensibus imperavit. Postea ad bellum Trojanum cum novem navibus profectus, à Sarpedone occisus est.

Tletes, nias, Populi Iberici juxta Tartessos. Steph.

Tides, nias, Vrbis Lyciæ à Tio Mileti & Praxidices nymphæ filio, Gentile idè vel Tioites vel Tionus. Est & alia Tios Vrbis Sidicæ possess. Tioicus Steph. Prioris meminit Strabo lib. 14.

Tmarus, nias, Mons est Theoprotiorù, Dodonæo oraculo imminens, qui & Tomarus, dicitur, teste Strab. lib. 7.

Tmolus, [nias, Ger. En Dreg in Lydia, in vrbem der stes Pafalus entspringt.] Lydiæ mons, Sardibus incumbens, ex quo Pactolus amnis profuit, aureas trabès arenas. Ovid. 6. Metamorph. riger arduus alto Tmolus in ascensu, clivoq; extesus utroq; Sardibus hinc, parvis illic finitur Hypæpis. Antiquis Tmolus dicebatur per tres syllabas. Plin. lib. 5. cap. 29. Celebatur Lydia maximè Sardibus in latere Tmoli montis, qui antè Tmolus dicebatur. Ovid. 6. Metam. Defensere sui nymphæ viscera Tmoli. Tmolus, nias, Lydiæ amnis, ex eisdem nominis monte profuens, in quo cotricula invenitur, auro explorando utilis. Plin. lib. 33. cap. 8. Auri, argentiq; mentionem comitatur lapis, quæ coticulam appellant, quondã non solitus invenit, nisi in lumine Tmolo, ut est autor Theoph. nunc verò passim.

Tmouus, nias, Filius Tremuli & Praxidices, in Lycia natus, Stephan.

Tnyssus, nias, Vrbis Catiæ Gentile Tnyssus, Steph.

Tobius, Ptolem. li. 2. cap. 1. Britannicæ insulæ fluvius, ad cujus ostia est oppidum quod Trene vulgò dicitur.

Tolentum, Tolenti, Oppidum est Italiæ in Picentis: à quo Tolentinates populi, apud Plin. lib. 3. cap. 15.

Tolerium, nias, Vrbis Italiæ, Gent. Tolerinus. Steph.

Tolèctum, [nias, Vulgò Toledo, Ger. En fernem Esten in Hispania.]